



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Forma alia ad hoc idem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**



dem noua Achan progenies, quæ de apathema-  
te lericho regulam auream pallioluq; furatur,  
Abiron quoq; & Dathan, & Chore, detestanda  
soboles, nouis thuribus fermentatum thymia-  
ma, nouis volunt altaribus adolere: hi sunt nam-  
que caupones, qui aquam vino commiscetes, vi-  
rus draconis in aureo propinat calice Babylonis;  
ita quod nisi botrus, vnde vinum nascitur, in flo-  
re cadatur, fructum non solû amarum, sed etiam  
pestiferû germinabit. Ecce siquidem (quod prædo-  
lentes referimus, & referendo dolemus) vestra  
charitati irradiata splendoribus fidei orthodoxæ  
notum facimus per præsentem, quod vir quidam  
Ecclesiæ sanctæ Dei cõtumax, & rebellis, frater  
N. vocatus, ordinis talis, habitu obfuscatus, de ta-  
li villa, & talis diocesis; tã ex testu legitima produ-  
ctione, quàm eiusdem propria confessione ma-  
lignitatis spiritu agitatus, conuictus extitit, heresi-  
bus multisque erroribus irretitus iudicialiter co-  
ram nobis, & hoc in errores quosdam, quoniam  
pestiferas damnatas hæreses incidendo, se-  
mel & bis eas in tali loco publicè prædicando;  
immo potius aliquando pertinaci animo defen-  
dendo. Hæreses autem & errores isti erant: Pri-  
mus quod, &c. ponatur: Secundus quod, &c. po-  
natur: Tertius, &c. ponatur: & sic de alijs conse-  
quenter. Ea propter per nos præfatum Inquisito-  
rem in multis concilijs diuersis locis, & tempori-  
bus celebratis, in quibus idem Frater pluries ple-  
nissime est auditus, de multorum peritorum tam  
secularium quàm regularium, tam doctorum in  
viroque, quàm magistrorum, & lectoru in Theo-  
logia consilio, & assensu extitit vnanimiter con-  
cordatû, nullo penitus discrepante, quod præfatus  
Frater N. ordinis memorati habitu obfuscatus,  
pro suis hæresibus, & erroribus, quia videbatur  
redire ad gremiû sanctæ matris Ecclesiæ penitẽ-  
do, non erat pro tunc curiæ seculari tradendus vl-  
timo supplicio feriendus; sed potius (sibi paren-  
do pro illa vice, & non amplius) in villa tali, vbi  
deliquerat, præfatos errores ac hæreses publicè  
prædicando, publicè illos ac omnem hæresim ge-  
neraliter abiurare: & postmodum spoliatus om-  
nibus priuilegijs & sui ordinis, & nudatus in cõ-  
uentu tali sui ordinis, pro carcere perpetuo reside-  
ret, & ita fuit in eius præsentia condẽnatus. Ipse  
autem tanquam canis ad vomitû rediens, nouis-  
sima peiora prioribus commiscens, dolores dolo-  
ribus adiciens, noua vulnera corpori Christi my-  
stico grauius imprimens; quod mentis nostræ  
pæcordijs tâquam res cogitata terribilis actusq;  
horribilis, Deo nimium abominabilis, & omnib;  
Christi fidelibus odibilis, grauem pertulit vim  
doloris. Nam ipse frater N. qui videbatur aliàs  
penitere, quem sancta mater Ecclesiæ satagebat  
eius misericordiæ vberib; enutrire, cû de eius fu-  
ga nullus aliquid cogitaret, ipse medicinã resu-  
tans salutarẽ, vt egrotus freneticus, & insanus, tim-  
ens vino, & oleo eius vulnera confoueri, tanquã  
rebellis, & inobediens, matri nostræ Ecclesiæ san-  
ctæ Dei, & eius Inquisitori iudici delegato, præ-  
missa cõplere cõtẽpsit, & quodlibet præmissorû;  
vulpinã fugiens, per diuersas partes regni, & p-

A uiciẽ discurrendo, & hoc quasi per annû in la-  
tibus habitando, nunc autem eu, quo malignus  
spiritus duxerit, ignoramus. Idcirco cupientes  
nos, & nostris totis conatibus inhiantes, qui in of-  
ficio Inquisitionis sanctæ præfate, quauis imme-  
riti, præsidemus, ipsum Fratrem N. dicti ordinis,  
vt ouem perditam oberrantem ad ouile Domi-  
nicum reuocare, exemplo illius, qui dimissis no-  
nagintanovem in deserto, centesimam venit re-  
quirere, ne periret: Citamus, monemus, & re-  
quirimus, primo, secundo, & tertio peremptoriè  
per præsentem, quatenus infra tot dies a monitio-  
re ista nostra proximè computandos, in tali lo-  
co, vel vbi fuerimus, compareat personaliter co-  
ram nobis, abiurationem prælibatam facturûs,  
& alias per nos pro suis demeritis puniendus: Et  
hoc ei mandamus in virtute sanctæ obedientiæ,  
& sub pœna excommunicationis infra terminû  
prætaxatum. Si autem (quod Deus auertat) nobis  
in hoc inobediens extiterit, & rebellis præfatis  
nostris mandatis, & monitis, immo verius Apo-  
stolicis non parendo, sciat excommunicationis  
sententiã innodatum; quã sententiã nos F. N.  
Inquisitor præfatus nunc vt ex tunc, & tunc vt ex  
nunc auctoritate Apostolica, & iniuncti nobis of-  
ficij contra Fratrem N. supradictum ferimus in  
his scriptis: quã sententiã si sustinuerit animo  
pertinaci, contemnendo abiurationẽ facere præ-  
libatam, iudicabimus eum tradendum curiæ secu-  
lari tanquam hæreticûm pertinacem, prout no-  
bis mandant canonica sanctiones. Lata est hæc  
sententiã, &c.

Forma alia ad hoc idem.

Vniuersis, & singulis Christi fidelibus, in  
terris Serenissimi talis domini Principis  
iurisdictioni subiectis, & alijs quibuscunq; Chri-  
sti imagine insignitis, & fonte baptismatis renatis  
F. N. in præfatis terris Inquisitor hæreticæ pra-  
uitatis a sancta Sede Apostolica specialiter dele-  
gatus: Salutem, & ad athercos choros victricem  
palman fidei reportare.  
A D extirpanda zizania venenosa de medio  
populi Christiani, vbi dignoscuntur claris vesti-  
gijs excreuisse, seminante illa zizaniarum fatore  
Satanã, humani generis pestifero inimico, tanto  
studiosus inuigilandum existit, quanto pernicio-  
sius (si negligantur de medio catholici seminis  
eradicari) in tantum superexerescerent, quod  
fegetem tritici iam albam, ad messem fidei plen-  
doribus relucentem, in agro dominico suffoca-  
rent. Hi sunt subdoli ac fallaces hæretici, Chri-  
stiani populi mortiferi inimici; subuerfores ca-  
tholicæ fidei, & contemptores Ecclesiæ sanctæ  
Dei. Hi sunt vulpeculæ Samsonis facies qui-  
dem habentes diuersas, sed caudas adinuicem  
colligatas, qui vineam Domini Sabaoth, Ec-  
clesiam videlicet catholicam diffusam per or-  
bem hac illac discurrentes, conantur totis vi-  
ribus demoliri. Hi sunt, qui circumeuntes ma-  
re, & aridam, & occulta conuenticula & facien-  
tes, segregant se à communi conuersatione fi-  
delium,

137

Judic. c. 15.

† c. Excoica-  
mus. r. s. an-  
cimus de hæ-  
ret.



Pulchra hære-  
ricorum cum  
reb. scædis,  
& uenenatis  
comparatio.

† Al. puicax.

† cap. Verita-  
tis. §. nos igitur.  
de dolo & contu.

delium, vita & habitu dissidentes. Hi sunt apri de sylua motu velocissimo, & morsu amarissimo fructus fidei vberes deuastantes. Hi sunt qui præterunt quãdam fictam, & simulatam exterius speciem ac imaginem sanctitatis, per quam facilius persuadeant, & seducant, sed sunt veraciter vt sepulchra exterius deaurata, quæ interius plena sunt spurcitijs, & cadaueribus mortuorũ: nã omnis cogitatio eorum intenta est ad malũ omni tempore. Sunt enim serpentes hæresis. virus effiantes, qui eos lethaliter inficiunt, ad quos accedunt, suntque venenosi ac mortiferi scorpiones gestu, & habitu simplices, qui nisi de medio extirpentur, venena sua infundent, inficient, & mactabunt. Sanè nouissimè diebus istis, peccatis exigentibus nostris, in partibus istis, ille humani generis pertinax † inimicus, qui ab initio nisus est omnifaria sua perfidia, & inuidia, salutem hominis impedire, per quendam suæ ministrũ nequitia, & operatiũ iniquitatis, sparsit mortifera venena, dum Frater talis ordinis, tali habitu obfusatus, ausu nefario predicauit publicè in tali Ecclesia talis ciuitatis vel loci, damnatas hæreses, & errores intolerabiles, quæ sequuntur: Primus, &c. *Inseratur*, prout testibus legitimis est conuictus, & etiam iudicialiter est confessus: Verum post multas catholicas in formationes, & post crebras vexationes carcerales, & calamitates frequẽtes, adhærens consilio saniori, tandem acquieuit dictos errores, & hæreses reuocare, ac publicè abiuurare; sed post antefati humani generis inimici insano ductus persuasum pariter, & seductus, & mala malis accumulans, peioribus se fordians, errores erroribus coadunans, tanquam canis ad vomitũ rediens, dånatas hæreses pristinas est amplexus; quod nimum nostra interiora præcordia sauciãuit. Nam cũ fingeret penitere, ac velle asserteras ac prædicatas per eundem, damnatas præfatas hæreses, & errores reuocare, ac publicè abiuurare, & abnegare, & de eius fuga nullus aliquid cogitaret, ipse carcerè fregit, nosque, immo sanctã Ecclesiã delusit, pariter & aufugit, & quo eum duxerit antefatus malignus spiritus, cuius applausu sic egit, totaliter ignoramus: Nosque, & non immerito, metuentes, ne venena suæ peruersæ antefatæ doctrinæ alibi diffundat, cordaque simplicium inficiat pariter, & deludat, cupientes simplices ab huiusmodi prauis incurfibus præseruare, ipsumque reducere ad gremiũ Ecclesiæ Dei sanctæ, atq; ad vnitatẽ fidei orthodoxæ: Nos illi absens corpore, † præfens autem mente, illi absenti vt præfenti, auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, & mandando monemus pariter, & citamus; quatenus infra tres menses, quorum primum pro primo, secundum pro secundo, tertium pro tertio, & peremptorio termino assignamus, in domo Fratrum Prædicatorum talis loci, facturus prælibatam abiurationem, reuocationem, & abnegationem publicam hæresum prædictarũ, & alias responsurus de fide, compareat personaliter corã nobis, ac etiam recepturus secundum sua tanta

A demerita penitentiam salutarè: aliter elapso termino præfato assignato, sciat se excommunicationis mucrone percussum: quam excommunicationis sententiam nos Inquisitor præfatus, in eũ vt in contumacem, inobedientem, & rebellẽ nobis, immo re vera domino nostro Papæ, & Ecclesiæ sanctæ Dei, præfata trina monitione canonica præeunte, nunc vt ex tunc, & tunc vt ex nunc iustitia exigente, & eius inobedientia requirente, ferimus in his scriptis: notificantes eidem, quod si antelata sententia se permiserit contumaciter innodari, procedemus contra eum ad vltiora, eius cõtumacia non obstante, prout volunt canonicæ sanctiones. Lata fuit hæc sententia, &c.

B *Si autem citati huiusmodi non comparuerint, sed permiserint se excommunicationis vinculo innodari, publicabuntur excommunicati in omnibus illis Ecclesijs atque locis, in quibus fuerint citati per litteras tenoris sequentis.*

*Forma denuntiandi excommunicatum qui citatus responsurus de fide, vel abiurationem facere, noluit comparere.*

F Rater N. ordinis Fratrum Prædicatorum, in terris talis domini ditioni subiectis, Inquisitor hæreticæ prauitatis a sancta sede Apostolica specialiter delegatus, dilectis nobis in Christo Rectori talis Ecclesiæ, ac Vicario talis Ecclesiæ, & alijs quibuscũque, ad quos præfentes peruenierint: Salutem in Domino, & mādatis nostris, immo verius Apostolicis firmiter obedire.

Ad vestram, & vestrorum cuiuslibet notitiã deducimus, nostrarum tenore præsentium litterarum, quod nos talem, de tali loco, iustitia suade te, fecimus moneri, & citari in vestris præfatis Ecclesijs, quatenus sub pena excommunicationis cõpareret infra ei certum terminũ assignatũ responsurus de fide, & alias acturus, & facturus, vt ratio sua daret, personaliter coram nobis, vt in nostris litteris videbitis plenius continetur: quãtũ tenor sequitur per hæc verba: Frater, &c. *Inseratur totaliter, & ex toto, & sequatur.*

Verum cum ductus malo cõsilio, & seductus, non comparuerit, nec excusationem miseris, sed contumaciter reuertit comparere, pariter & parere nostris, immo re vera Apostolicis monitis, & mādatis, propter quod est excommunicationis vinculo innodatus: Ea propter vobis, & cuiuslibet vestrum, auctoritate Apostolica supradicta dicimus; & in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, & mandando vos requirimus, & monemus, vno pro terno edicto, alias excommunicationi volumus vos subiacere; quatenus prima die Dominica immediatè sequenti, & alias extunc, omnibus, & singulis diebus Dominicis, & festiuis, in vestris Ecclesijs, dum Missarũ solemnitas celebrantur, & inibi erit cleri, & populi multitudo, ipsum talem excommunicatum alta voce & intelligibiliter publicetis, ac cum vitetis, & vitari